OPERA INTITOLATA CONTINA.

INTABOLATVRA DI LAVTO DI FANTASIE, MOTETTI, CANZONI, DISCORDATE A VARII MODI, FANTASIE PER SONAR

uno ſolo con uno Lauto, & farſi tenore & ſoprano: Madrigali per ſonar a dui Lauti: Fantaſie per ſonar a dui Lauti: Fantaſie per ſonar ſopra la Chitara da ſette corde.

COMPOSTA PER IL REVERENDO M. PRE MELCHIORO *de Barberis Padoano, Muſico, & ſonator di Lauto eccellentiſſimo.*

LIBRO DECIMO.

Venetijs apud Hieronymum Scotum
M. D. XLIX.

P.E.X
2.

1'

IMPERATORIAE MAIESTATIS COMITI FIDELISSIMO AC CANONICO PATAVINO RELIGIOSISSIMO HERCVLI A SANCTO

Bonifacio patrono ſuo obſeruandiß. Melchior Barberius Sacerdos Patauinus, & humillimus ſeruus S. P. D.

MOREM, *nec meo quidem iudicio aſpernandum,Hercules Patauinorũ Canonicorum lumen , & ſplendor illuſtriß:me,olim fuiſſe,neminem prætereat ar bitror,ut Parthorum Regem ſalutaturi,eum non niſi aliquo cum munere,accedebant.Quo fiebat ut unus Aprum,alter Ceruum,hic Accipitrem,ille Falconem,alius Pãtheram,alius Leonem,alius Vrſum,alius aliam rem,aut animal aliud,ei pronus offerebat Quæ omnia ſi depulſis animo nubibus exacte munera conſiderabimus,illorum alia aduentrem tantum,cui inſeruire,ut nihil eſt turpius,ita interdum nihil eſt perniciofius,facere:alia interdum in dominos adeo ſæuire,ut offenſe aliquid pro alimentis eis rependant,& ad mortem uſq; illos inſectentur:liquido diſpiciemus.Quod cum ipſe facile comprehendam,cupiens ea qua cum debeo ueneratione te ueluti meum Regem,imò Numen ſalutare Laudatißimum illum morem imitari haud mihi turpe duxi.At antiquißima tuæ inclytæ domus proſapia,ipſius clarißimis ſtemmatibus,ac rarißimo natalium tuorum ſplendore optime conſideratis.circa quæ ſi uellem euagari,profecto non epiſtolam,ſed Iliadem componere mihi neceſſe foret.deinde ijs potius nubes effundere,q̃ laudis aliquid addere uiderer.Quandoquidem quis is eſt:cui ea ſatis ſuperq; iam non innotuerint?aut ad cuius aures,Indos licet,Arabes,Garamantes,aut penitus toto diuiſos orbe Britannos inter agat,clarißima familia à Sãcto Bonifacio non peruenerit?profecto nemo prorſus.Ab ijs igitur ſuperſedendum eſſe nec nimia in animum induxi meum . Si in his enim diutius immorarer,quid aliud quæſo eſſet q̃ fruſtra loqui?aut(quod aiunt)actum agere,& inſulſis nugis tempus contererè?Rabidos Vrſos,Tigres Hircanas,Leones indomitos,aut his ſimilia monſtra tibi tradere nequaq̃ mihi propoſui,unde poſtmodum aliquid diſpendij,aut noxæ prouenturum eſſe ſuſpicari poßim,uidearq́; Medea Creontis filiæ exitiale munus exhibuiſſe.Sed rem non cicurem modo,ſed rigidas quaſcunq; feras cicurantem & delinientem,duraq́; ſaxa facile permulcentem,Quod Thracius cantor,& Fidicen nobilißimus Orpheus,Thebanæ conditor arcis argutißimus Amphion:& Arion muſicus cantatißimus facillime atteſtantur , tibi donodare,tuoq́; celeberrimo nomini & inclytæ celſitudini dedicare conſtitui.Vnde honeſtißimam uoluptatem,& cœleſtem quandam dulcedinem,quæ tuam mentem ſacerdotalibus curis non raro delaſſatam interdum permulceat:tranquillet ſerenitatiq́; reſtituat,ideſt quaſdam muſicæ artis meas elucubratiunculas,quas ſub tua Aegide,ſi modo tu(quæ tua eſt humanitas, & in uirtutis aſſeclas benignißima*

animi propenſio) circumferri diſcupio: non dedignaris. ſub qua non uereor me a liuidulis detractoribus, quorum plena ſint omnia, tutißime exiturum. Is enim es qui & ſi Ephebiam adhuc ferè non exceßiſti, in te tamen clara ſigna ſummæ uirtutis apparent, & eximium ingenij lumen eluceſcit. Quo fit ut in te omnes ingentes laudis aceruos extruant, & in te uno omnium diſciplinarum gloriam conferant, adeo ut nummodo te à tuis nobilißmis maioribus non degeneraſſe: uerum etiam illorum gloriam tuis multijugis uirtutibus adæquaſſe, auxiſſe, & propemodum ſuperaſſe contendant. Sed hæc tecum dum loquor familiæ columen tuæ, ſacerdotij honos immortalis, & patriæ perenne decus, dubitans ne quid in me Gnatonis eſſe (quod quidem à me abſit) ſuſpiceris his meis colophonem addere non abſurdum putaui, ſi prius tamen te rogauero, ut hæc mea, eo libenti animo, quo tuæ dignitati offeruntur ſuſcipere ne recuſes, & ſi præterquam quod tua celſitudo expoſceret, atq; mereret paruum munus eſt, Leuidenſæ & craſſo filo contextum, uoluntatem meam ingentem uelis optime conſulere: quod ſi te feciſſe comperiam, ut me comperturum eſſe non dubito, ad maiora conficienda nummodo meum, ſed etiam aliorum animam, qui uirtutum candidati ob Zoilorum rabidos morſus exire limen miſeri uehementer pertimeſcunt excitabis atq; compelles. Sume igitur hoc meum munuſculum, & me tibi deuinctißimum mancipium in tuo ære accipere quæſo uelis nobilißime Mecœnas, ſecurum præſidium, & dulce decus meum. Vale. VI. Kal. Ianuarij. M D XLIX.

BIBLIOTHECA PALAT. VINDOBONENSIS

Fantaſia prima per ſonar ſopra la Chitara da ſette corde.



Fantaſia ſeconda per ſonare ſopra la Chitara da ſette corde.

Fantaſia terza per ſonare ſopra la Chitara da ſette corde.





Canto.

Fantaſia quarta per ſonar ſopra la Chitara da ſette corde.



IL FINE.

TAVOLA.

Recercada due parti.
Deul double deul.
Il eſt bel e bon.
Quæramus cum paſtoribus,prima & ſeconda parte.
Chriſti corpus aue.
Fantaſie numero tre.
La uolunte Canzon.
Fantaſia una.
Fantaſia diſcordata.
Canzon due Franzeſe.
Se mai prouaſti donna. Madrigale.
Vna Fantaſia compoſta ſopra Se mai prouaſti donna.
Madonna qual certezza,Soprano per ſonar a dui Lauti.
Tenor di Madonna qual certezza.
Pas de mi bon compagni.Canzone.
Vna Fantaſia Soprano per ſonar a dui Lauti in ottaua.
Tenor di detta Fantaſia.
Vna Fantaſia per ſonar un Lauto ſolo.
Due Fantaſie per ſonar ſopra un Lauto ſolo , & farſi Soprano & Tenor uno ſolo.
Vna Fantaſia diſcordata a altro modo della prima.
Vna Fantaſia in tre parti.
Vna Canzone.
Fantaſie.4.per ſonar ſopra la Chitara da corde.7.

NVMERO XXXIIII.